UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1628. usque ad annum 1634

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1778

VD18 90118871

§. 84. Isabellæ Belgii Gubernatricis & Ulrici Holsatiæ Ducis obitus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-67394

Visual Library

etiam duæ ſupplicationes in eodem loco ac die habeantur: Eodem tempore Epiſcopus Sulmonenſis declarari petiit, quis inter duos Canonicos præcedat, quorum unus quidem prius admiſſus, non tamen Sacerdos eſt, alter autem Sacerdos, ſed poſtea admiſſus, & reſpondit S. Congregatio die decima nona Novembris, præcedere Sacerdotem. Pariter dubitatum, an ſi feſtum Annuntiatæ B. V. ob hebdomadam Sanctam incidat, ſicut ejus officium, ita & feſtivitas ſit transferenda? & reſponſum die trigeſima Decembris, ſolemnitatem eo die, quo cadit, eſſe ſervandam.

§. LXXXIV.

Iſabellæ Belgii Gubernatricis, & Ulrici Holſatiæ Ducis obitus.

Enimvero truculenta mors Principibus hoc anno pepercisse videtur; oppido enim paucos eidem in prædam ceſſiſſe comperimus: exeunte tamen eodem anno die prima Decembris fato Belgis, cunctisque Catholicis ſat dolendo conceſſit Iſabella Clara Eugenia Philippi II. Hiſpaniarum Regis Filia. Hæc Alberto Auſtriæ Archiduci in matrimonium data Belgii & Burgundiæ Provincias dotis nomine proprias mo-

Meteran. bell. Belg. Grotii annal. Brachel. Hiſt. l. 4. Adlzr. Annal. Boic.

Sæc. XVII. A. C. 1633.

derabatur: cum autem anno ætatis ſuæ ſexageſimo octavo ſine prole dece- deret, rurſus vi pacti dotalitii præfatæ Provinciæ ad Hiſpaniæ Regem rediere. Ceterum Iſabella Princeps erat pietate, timore Dei, ac Religionis ſtudio præ- ſtantiſſima, ultra ſexum magnanima, conſtans, & imperterrita, non minus bello potens, quam pacis ſtudioſa: Suc- ceſſorem habuit Cardinalem Ferdinan- dum Philippi IV. Regis Fratrem, qui tum Barcinone degens percepto Ami- tæ ſuæ obitu mox Mediolanum conten- dit, atque in Germaniam cum recenti milite feſtinans, anno ſequenti nutan- tem illic Auſtriacorum fortunam, mi- ra Dei providentia, uno prælio erexit.

Violento demum fato ereptus eſt Ulricus Holſatiæ Dux Daniæ Regis fi- lius; cum enim inducias inter Fridlan- dum & Arnheimium maturare fatage- ret, inde ad caſtra ſua reverſus, … glande trajectus, paucis poſt diebus obiit.

§. LXXXV.

Quidam Scriptores Catholici hoc an- no defuncti.

Miræus Script. Sæcul. XVII. Witte Diar. Andr. Bibl. Belg.

Ex Scriptoribus Eccleſiaſticis hoc an- no denatis celebriores memorare lubet, quos inter primus occurrit …

cob…